

recordamus ex corde [...] / quos hactenus fovistis sinceritatis suffragiis gratiosis, et in / minori officio constituti, ex nunc gratiosius prosequamini beneficio et / subsidiis et erga eos liberaliter intendatis. /

67.

Frater P(etrus), Bischof von Anagni, fordert einen Paulus de Comite auf, weiterhin beharrlich für das Wohl der Römischen Kirche zu wirken.

Hs. fol. 12^r.

(1290—1295)

Magnifico ac illustri domino domino Paulo de Comite⁴³), frater / P., episcopus Anagninus⁴⁴), cum sincera dilectione salutem et prosperis successibus / habundare. Dudum manu placida litteras magnificentie vestre re/cepimus quas nobis M. fidelis vester presentavit, ex cuius relatione aut / significatis ipsarum li[tter]arum cognovimus sinceritatis affectum et pleni[tu]dinem / caritatis quam erga nos specialiter geritis et ex corde ostenditis gratiose. / Nos igitur, in hiis personam vestram, que titulo multiplicis commendationis attollitur, / carius amplectentes, inducimur ut ad illa cura vigili et sollicito / studio intendamus que vestri status magnifici exaltationem recipiunt / et honorem. Ceterum virtutis vestre constantiam et devotionem ferventem / quam ad Dominum et sacrosanctam Romanam Ecclesiam geritis, prout a venerabili patre .. / [...] ab aliis intelleximus fidedignis multipliciter in Domino commendare, / [vestre] magnificentie suadentes quatenus sic in constanti et ferventi devo/[tione] Dei ac ipsius Ecclesie per continuationem bonorum operum persistatis sicque / [...] exerceatis caritate sincera, quod vestri nominis fama laudabilis digne / [...] incrementa, vestrorum meritorum cumulus augeatur salubriter / apud Dominum, vosque gratiam Sedis Apostolice obtinere mereamini / habunda[n]tem. Nos enim prompti sumus efficaciter et parati facere^a) que congrue ac iuste / placeant votis vestris. /

a) *fehlt Hs.*

⁴³) Der einzige Paulus de Comite, der in Frage kommen könnte, ist der gleichnamige Bruder des Kardinals Stefano Conti, der als Chef der domini de Valmontone um 1255 gestorben sein soll. Alle anderen Mitglieder dieser weitverzweigten römischen Familie, die den Namen Paulus getragen haben, sind Kleriker gewesen. Vgl. dazu M. D y k m a n s, D'Innocent III à Boniface VIII. Histoire des Conti et des Annibaldi, Bulletin de l'Institut historique belge de Rome 45 (1975) S. 191 (ad indicem).

⁴⁴) Petrus de Brunhaco O. Cist., Bischof von Anagni vom 15. Mai 1290 bis zum 20. September 1295 (E u b e l 1 S. 87). Sein Nachfolger, Petrus de Turrita (Torrita) gehörte dem Weltklerus an.